



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. Quidnam in præcepto quinto prohibeatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

nū sit ad peccatum illud vitandum , aut nisi futura mansio
familiae graui nocumento.Sic A^rgr.


Azor.

50. si famulus ad annus condatus ante tempus discedat,
debetur ne ei merces ? Cum Rebello affirmo deberi mercedem
temporis , quo seruuit , nisi domini multum interesset cum
diutius morari.

51. Tenetur ne herus soluere salarium famulo infirmo , quan-
diu agrotans est ? Molina negatiuè respondet , nisi sit in ex-
trema , aut graui necessitate ? tunc enim ex charitate te-
neretur. Imò potest ab eo exigere sumptus in curatione
factos.

52. Potest ne seruus bello captus fugere ? Molina affirmat iusto
bello captum peccare mortaliter fugiendo , tenerique se do-
mino restituere. Ego autem sequor Valentiam afferentem pos-
se fugere etiam ab eo , qui se emit à captiuitate , nisi non fugere
promisisset.

53. Num bona ludo , aut dono , aut hereditate à seruo acquisita
domini sint ? Cum Valentia negatiuè affirmo de captis in bello , Valent.
sed & ad emptitios alij extendunt.



EXAMEN VII.

De Legibus in particulari circa materiam quinti
Mandati Decalogi de Occisione.

CAPUT PRIMUM.

Quidnam in Precepto quinto prohibetur?

Oc Precepto: Non occides, quid prohibitum est? Om-
nis occisio , quæ contra naturam sit , non anima-
lium, vnde venatio sua natura licita est. Vna cum
occisione hominis prohibita est mutilatio , contu-
meliæ, voluntas occidendi, mutilandi, percutiendi, & omnis
ad id cooperatio.

Quidnam debet habere homicidium , ut prohibitum non sit ?
Tria præcipue, iustum causam, publicam auctoritatem, & vt
sit secundum ordinem iuris. Porro malefactores non pro-
hibentur occidi. Innocentis occisio absolute est prohibita;
nisi in aliquo casu necessaria esset ad bonum Reipublicæ.
Tyrannum gubernatione non licet occidere ex iniulta inua-
sione;

sione, in ipso iniusionis actu licet, ut patriæ hostem; at si pos-
sessionem Regni adeptus iam sit, publicum iudicium postu-
lat. *Quid de viro in flagranti uxorem occidente?* Peccat planè,
sed legibus non punitur: ut minister tamen publicæ potesta-
tis, post latam à iudice sententiam occidere absque peccato
posset.

C A P V T I I .

De variis Homicidijs speciebus.

§. 1. *Homicidij Punitionum.* 1. *Votnam Homicidijs species?* Nouem præcipuas adnume-
ro. Punituum, defensuum, voluntarium sui ipsius, vo-
luntarium aliorum, per Abortum ex ludo, Casuale, ex Duello,
ex Bello.

2. *De iustitia Homicidijs punitiui differe.* Malefactores pos-
sunt occidi, nocturni diurni fures, & alij quicunque malefa-
ctores, etiam certò damnandi.

3. *Quid de prescriptis publicè?* A quolibet etiam priuato pos-
sunt occidi, intra territorium tamen proscriptentis, extra mi-
nimè. *Licet ne bannitum occidenti præmium proponere?* Licet. *Fili-
ne ex legitima facultate interfectorum patris aut fratri occidere?* Possunt planè. Porro ante sententiam non datur facultas
quemquam occidendi.

4. *An index addicere morti potest, quem secretò tantum
delinquisse cognouit?* Minimè, nisi eam Respublica facul-
tatem daret. *Dignum morte ex actis, & probatis, potest ne
iudex à morte extinere?* Non; Princeps vero in aliquo casu
potest.

5. *Quid si innocens ex actis & probatis nocens apparer dignus
morte?* Non potest eum condemnare iudex, Princeps autem
deberet ei carcerem aperire.

§. 2. *Homicidij defensuum.* *De Homicidio defensuo quid?* Aggressor potest ab aggresso
occidi, ad se defendendum cum moderamine inculpatæ tu-
telæ; quod locum habet etiam si aggressus daret operam rei
illicitæ, etiam cum periculo innocentis; eiusque aggresso-
ris mors expeti potest, ut medium suæ necessariæ defen-
sionis.

6. *Praueniri ne aggressor potest aliquando?* Potest, ut etiam
insidiator. *Tenetur ne aggressus cum dedecore fugere?* Minimè.
Potest ne pratermittere defensionem? In aliquibus casibus po-
test, at ferè nunquam tenetur. *Licet ne aggressorem occidere*
pro